

LAVRENTIVS PRIOLVS

D U X LXXII.


Electus die 14. Iunij Anno 1556. obiit die ... Ann 1559.

EPIGRAPHES ANTIQVA.

Optimarum artium studiis clarus, pestilenti lue sedata, admirabili prudentiâ administratâ Rep. Pontificem, ac Cæsarem Neapolitano bello distractos, in pristinam amicitiam reduxi: ut, ex Italia diuturnis bellorum incommodis afflictata, irruptiones atque arma exterarum gentium salubri consilio pellerentur.



LXXII



Omitiis ex lege habitis, post Venerii funera Laurentius Priolus tunc inter Consiliarios quintus Philippo Trono, Stephano Theupolo, Thoma Contareno-Marciis Procuratoribus ad summæ dignitatis fastigium nitentibus, prætermisissis, nondum in illud cooptatus Collegium, quod raro accidit, Princeps creatur terno sæviente hoste, Bello, & eo deterior qui pessimus hostis, Fame, & Peste. Deo tamen auspice splei plenus & religionis, in die coronationis suæ, concionem exorsus ad populum, *Si ambulavero in medio umbra mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es*: Esuriem Agrariis legibus, Luem sollicitudine, induciis Bellum extinxit. Urbem postea coniu-